tone sua talem libertatē consequebant ·
Et dicebant liberti forte ꝓpter spem lib
tatis · vnde verius liberti vocabant quia fe
re liberi erant licet seruire cogerēt · Ho
die vero non sunt · ꝛ sic hoc nomē dediti
cij nihil significat per se vel adiunctiue sic
hymera · Nec illa libertas est vnqꝫ in vsu
frequētata ꝓut hec omnia ponit azo · in sū
C · de dedi · li · toll · Erant autē hij pessime
condōnis quia toto tēpe iuste siue erant
seruj ꝛ in morte liberi vt dictum est vt in
sti · de libertinis §. libertinoꝝ autē · Et
dicunt doct · qꝫ tales non erant seruj sed
coacti erāt ad seruiendū ꝛ erāt inducti ex
l · heliescēcia que etiam mlta alia secꝫ mala
induxit · vt in glo · insti · ti · palle ·
¶ Defalcare est aliquid ab aliquo iure
debito insolutū computare · Vel de iure
aliter dr defalcare ad modum legis fauia
ne iuxta notata · de insti · l · defalcare super
rubrica ·
¶ Deductio est defalcacio vel sepatō qꝫ
deducere separe dr ·
¶ Defensoꝛ · est ille qui sine mandato

cautō ne prestita de iudicato soluí aluū defendit vel eiꝰ defensiom se offert vt·ff· de pcura·l·si pcuratoꝛ §·fi·ꝛ·l·si defensoꝛ cū ibi notatis·ꝛ ímsti·de h·p cōtra·q ita posset·§·si pcuratoꝛ ꝛ·§·alīs·Et uíde bi specu·ím quibus causis ínteruenia tur vel non·

¶ Defensozes ciuítatū sedm ãzo·ím sum e·ti· sunt hīj quí ím ommib⁹ tanq̄ patres pcíꝰ q̄ vt iudices se habere debēt vt ita nomis sui vtant̄ offitio·C·e·ti·l·iīj·ꝛ ím autē·vt iudices sine quoq̄ suffra·§·eos Constituít̄ autē defensoꝛ ciuítatis decre= to eum remunerādo sine electione posses sionum ím illa ciuítate consistenciū ·vt ím autē·e·ti·§·nos ergo ím decreto coll'·iīj Jnest autē offitiū defensoris huíꝰ pīere auctoritatē q̄n agit̄ apud eum ex volun tate pcuum vt adopcio emancipacio ma= numissio testamētoꝝ vt ím autē·e·ti·§· sed neq̄ pprios · Jtē dñatōis ínsinuacio ím contēciosa autē m reditiōe habz condi ctionē vsq̄ ad·ccc·ānos·vt i autē·pal

¶ Defendere est uicem dñi subire vel il lud facere quod faceret dñs ím·lo· palle ·§·ꝛ iudicare·ꝛ olim vsq̄ ad·xl·ānos po tuít vt·C·e·ti·l·j·

¶ Deferre aliquem ·est eum accusare. Sed deferre alicui est grates ꝛ reueren cias sibi facere·vt·ff·de accu·l·libell'· Et sic dicim⁹ plus deo deferendū est quā homī·de sen·ex·ē·relatū·xj·q·iīj· qui= quís metu·ꝛ·ē·iulian⁹ Differunt tamē deferre ꝛ accusare ím hoc quía deferre fit reō absente sed accusare reo pnte·

¶ Deferre iuramentū· est aliquē artāre vel astringere ad iurandū·Et q̄q̄ defer tur a iure q̄q̄ a iudice q̄q̄ a parte·q̄z etiam delato a pte pti referť·De ommb⁹ hijs nota·C·de iūr iūr·l·j· Potest autez ipsum defeare maioꝛ·xv· annis ·etiā mi= noꝛ ipsū deferre non phibet̄ dum saltem condicio sua non pioꝛ fiat Sed si ledat̄ restituít̄·ff·de iūr iūr·l·nam postea·§·ẓ si mmoꝛ. Etiam paterfamilias filiusfami lias·C·de iūr iūr·l·nec filius · Jtez liber non seruꝰ·ff·e·ti·l multomagis alias q̄n tomagis ím fi· Jtē compos mentis non p digus nec conlil'es·vt·l·tutoꝛ·§·pdigꝰ e·ti·ꝛ·ff ím re bꝰ que ad nup·per · Si au tem admīstratōnem adijt tanq̄ pcuratoꝛ licet ei iuramentū deferri ím trib⁹ casibus scz si spēalem habeat· si ím rem suā sit da= tus ei· Si generalem ꝛ liberā habeat ad mínistratōem vt·ff·de iūr iūr·l·iusiuran dum·§·si tibi ꝛ·l·sequen . Et epus habz hanc admīstratōem quo ad ea que aliena ri possūt·Cui aūt deferat̄ dicendū est se cundū osti· q̄ ā parte parti defert̄ quod vocat̄ sedm eundē iudicū voluntarium vel extiudiciale . Verū aliud est necessā riū ꝛ iudiciale scz q̄n iudex parti defert· vt·C·ꝺ iūr iūr·l·iīj·§·bone fidei·uíde de hac materia hosti·ti·ꝺ iureiūr·sub·§·ꝺ iu ramēto assertorio quasi p totū·

¶ Defectus huíꝰ dictōis significatum clarꝝ est ꝛ significat quod īpositio signifi care dictat scz defectū realem . Sed defe ctus modi vel condcōis pro icōplemēto habet̄ pūt ex natura condictōis vel mōi vel quoūs alio signficandi modo ínfert̄ vel significare concludit̄ vt dicēdo pmit to ínstituo vel lego tibi ·x·si capitoliū as cenderis ínfra mense Et p te stat quo mi nus ascendas parendo condcōní ꝛ ñ uís ýmo recusas expresse si mensis labit̄ con dictio vere est defectiua . Et hic defectꝰ significat dispositōem defectiuā·l·qui be rēdi·§·fi·ꝛ per totum·ff· de condic ·ꝛ de monst· Si autē legatario volente implere hꝛes impedit tunc defectꝰ iste significat implemētū condcōnis·ꝛ p hoc purifica= tōnem dispositionis·l· iure ciuili de cōdic ꝛ demonst· Si autē tercíꝰ impedit impleri tunc si iuste significat impletā l·ticius si e·ti·si tercíꝰ iniuste impedit ꝛ est soluen do habet̄ pro defectiua·l· indenerarius ff·ad·l·acquíliam· Si iste tercíꝰ non est soluendo habetur pro impleta ar·l· fina· ff·de eo per quem factū ē ím prím·

¶ Defunctio est a debito liberacio ·inde defunctꝰ ideſt liberatus· Sedo defūctꝰ

idem est quod mortuꝰ · vt capiē · C ne de sta · defunc · l · postꝫ ꝛ ꝑ totum · Et forte dr̄ ideo mortuꝰ defūctꝰ · qz liberatꝰ a miseria condc̄onis humane ·

¶ Defunctorie ꝛ pfunctorie idem sonat quod trās̄itorie vel cursorie

¶ Degradare est deponere de ordine v̄e lxxxj · di · ¶ Qualiter autē habeat fieri degradacio nota · ꝺ ꝑe · c · degradacio · li · vj · ¶ Nā deponere fit simplici verbo suspendere degradare autē cū solēnitate ·

¶ Delator est idem ꝙ accusator vel quí bō̄a aliqua tanꝫ vacancia fisco denūciat idest manifestat vt · v · q · vj · delatori aut ligna copulet̄ aut quícto caput amputetur · ꝛ sequit̄ . Delatores aūt sunt qui iudia produnt alios ·

¶ Delegatꝰ est cui causa omittit̄ terminanda vel exequēda uices delegantis repr̄sētans ꝛ in iuris dc̄one nihil ꝓpriū habens · vt · ff · de offi · eiꝰ cui man · est iuris · l · j · in fi · ꝛ · l · iij · de · l · iij · de offi · dele ·

Sane quia ꝛ · c · cum olim ꝛ hosti · in fi · e · ti · Vel sic delegatꝰ est is cui a summo pontifice vel ordinario vel delegato pr̄incipis causa omittit̄ · Itē inde venit subdelegatꝰ qui dr̄ respectu delegati · Itē is cui pn̄cipiū cause vel mediū omittit̄ ꝛ sic iudex ꝓprie dici nō pōt vt · c e · ti · super q̄stionū · § · porro delegatꝰ . Delegatꝰ tamē ꝓprie delegare pōt pn̄cipiū mediū ꝛ finē ¶ litēcionis · c · sup q̄stionū p̄al le · vel sedz spe · e · ti · in pn̄ · Est is qui ex alterius cōmissione recipit alicuiꝰ cause iudicialem cognitōem · Nam ꝛ subdelegatꝰ delegatꝰ est cui ꝑ aliquem habētē iurisdc̄onē dmādat̄ in iudicio aliquid vel extra iudiciū faciendo non iure ꝓpo sed de iure mādātis . Et differt a surrogato ꝛ conꝫuatore · Nam surrogatꝰ habet iurisdc̄onem iure ꝓpo ꝛ merum imperiū sicut iudex pn̄cipalis cui surrogat̄ · Sed cōseruator nullam habet iudicialem cognitōem sed tm̄ potestatē sup notoriis ꝛ manifestis · c · statuimꝰ · de offi · dele · li · vj · iudex autē delegatꝰ habet iurisdc̄onem in ecclesiasticis non ꝓpam sed a superiore commissā · iuxta goff · in sūma . Et delatꝰ in causa sibi delegata maior est ordinario de offi · dele · Sane · ij · ꝛ de offi · ordi · pastoralis · qui talis uices gerit delegantis ꝛ potest compellere episcopum rebellem per sententiam suspensionis vel interdicti · vt · c · Sane ꝓallegato ·

¶ Delegare plura significat · Primo est aliquem iudicē loco sui ꝛ auctoritate sui iudicatuꝝ constituere vel substituere · vt · l · precipimꝰ · C · de app · circa mediū ꝛ · l · sez in · fi · Quōqz aut est in locum suū vel iuris sui alīi reum creditorē dare vel cui iusserit creditor · Et hoc modo inter delegatū ꝛ eū cui fit delegatio oportet īt̄ venire stipulatōem vel lit · ote · hijs em̄ modis fit hec delegacio iuxta · l · debebare · ff · de novatōm̄ · ꝛ azo in sūma e · ti · de novat · ¶ Delegare em̄ possū · idest iuxta mea debitorem meū dare creditori ꝛ ex delegatōe liberor ego a creditore meo ꝛ extinguit̄ ipsa obligacio qua tenebar · vt qn̄ tibi suꝫ obligatus ꝛ alium habeo debitorē mihi obligatum ꝛ istum tibi assigno vt debitū ab eo recipias te ꝛ ipso volentibus hec est delegacio quedam ·

¶ Deliberare est factum diligenter tractare vel in mente revoluere vel cum amicis suis explorare · an expediat sibi illud admittere de quo queritꝰ puta hereditatem agnoscere vel adire · vt · l · si aristo · in pn̄ · ff · de iuris delibe · ¶ Datꝰ autē deliberandi tempꝰ heredibꝫ institutis ut · l · si plures · ff · de iure deli · Itē tutoribꝫ ut · l · ait pretor ff · e · ti · Et curatoribꝫ eorꝝ · Itez heredibꝫ ab intestato venientibꝫ · vt · l · si quis heres suus · ff · e · ti · ¶ Datꝰ aūt ad hoc tempꝰ ab imperatore vsqz ad annum Sed ab alijs iudicibꝫ vsqz ad octo vel novem menses ꝛ non vltra · vt · C · de iure · deli · l · fina · § · sed quia · sed non minꝰ tribꝫ diebꝫ ff · e · ti · l · j · in fi · Est aūt effectꝰ deliberatōis quia interim bona non debēt minui · nisi causa cognita · vt · ff · e · ti · l · ait pretor ¶ Huiusmōi autem deliberatio hodie non ē

necessaria si quis mutauerit sēm leges facere voluerit vt dicta .l. fi. §. sed quia. De hac materia vide azo in summa .ti. de iure delibe.

¶ Deliberacio est pua cause circūspectio cum qua racio totum agit et furor ibi non vendicat .xj. q. iij. illa ꝓpositoꝝ et .c sequenti qua etiam indiscussi hoīm colores possunt refrenari. Et in sētēcijs ferendis maxime est necessaria .ij. q. vj. anteriorum .xj. q. iij cum apud.

¶ Delictum dr quasi derelictum. Et nota put s tetigi in verbo contractus q sic actionum quedam puenīt ex contractu vel quasi contractu. Ita actionū quedaz puenīunt ex delicto alie vero ex quasi delicto. Ex delicto puenīt actiones vbi delictum psone vere et directe comprehēditur vt est videre in furto rapina homicidio. Ex quasi delicto vbi psone delictum vere et directe non cōphendit sed interpretatiue vel iurisdictōne vt si iudex per impericiam suā male iudicauit tenet parti quam lesit ex quasi delicto. Itē tenens in domo vel officio aliquē prauum hoīnē qui dampnū dedit mihi teneris ex quasi delicto eo q in culpa sis vtendo malozuz hoīm opē. Et est delictum desercio bonī. Sed peccatū prauꝰ actꝰ. Sed crimen ē peccatū graue accusatōne et dampnatōne digmissimū. Hec est dra sēm augu. lxxxi di .c. j. Et nota de pe. di. j. si pecm. Et p jo. an. in regla peccatū. Et dra inter delictum et peccatum est bona glo. in .l. j. C si aduersus delictum vbi dicit accur. Delictum est genꝰ generalissimū siue veniat ex animo siue non. Crimen vero genꝰ subalternum. Continet enim sub se furtum adulteriū et alia que ex animo puenīunt. ideest ex conscia.

¶ Demens est qui nescit vel non pōt exprimere quid velit aut nolit. c. pastoral' de cle. egro. li. vj. vbi bonꝰ tex. et glo. ibi sup eo verbo remittit.

¶ Demoliri est dissipare vel destruere. ma. b. vj. thesaurisate vob thesauros i ce lo vbi tinea non demolitur.

¶ Denunctiare est crimen alicuiꝰ supponunciare ita q ꝓpositio de augeat denunciatōnem vt in si. ff. depositi .l. j. in pīn Hosti autē in suma ti. de accu. rubrica de deuune §. j. dicit. Denunciatō est crimis alicuiꝰ apud iudicem sine inscriptōne legittime facta delacio ad penitenciam agendam vel aliam legittimā penam ipponendā. vel etiam ad vtrūq et §. sequenti. ipse distinguit quandā denūctiatōem. dicens q quedā est denunctiacio pīalis et euangelica. Et ad illam quilibet admittitur. Quedā vero iudicialis et canonica et ad illam nō quilibet admittit. vide ibi de illa et in reportatis jo. an. c. nouit de iud. et goff. in sum. ti. de accu. dicit q mādatum euangelicū. si peccauerit .ij. q. j. extendit msi ad illos q in magistratu sūt positi siue clici siue layci ar. xxxiij. q. iiij. duo ista noia .xviij. q. iiij. de pbrōrum. Cuo ad alios autem est consilium. Et hoc est verum in peccato commisso. Nam in committendo ommibus est preceptum xxij. q. v. hoc videt. Et dicit goff. se approbare dictum io. an et q quilibet admittatur ad denunceiandū dum bono zelo denunciet. ō sen. et re. vide. cum. i. et. a. sed licet infames et irregulares non tñ admittunt crimiosi qui sua crimina non corexerint presumit q malo zelo denunceient aliena. Distinguit tñ dicens denunctiatōem de peccato cōmisso esse euangelicā. Sed committēdo canonicā ad quaz quilibet admittit. vt de cogna. spiri. tua. Et sufficit quali scunq noticia. vt in .c. hoc videt ꝑ alle. Nec turpitudo ꝑpa obsistit de spō. Preterea nec impedit iuramentū ꝓcedēs xiij. di. neriu. Et nota q non sequit iste denunciat? est excoicat? publice et ne dū in iudicialibꝫ sed etiam in extraiudicialibus euitari et a legittimis actibꝫ remouei debet ergo est excōicat? quia forte excōicatus non est vt si post appellatōem legittima sētēcia lata sit in eum. non tñ fuit vt debuit ꝓsecut? appellatōem eandē ifra

tempus ab homine vel iure statutum ad ipsam prosequendam · c · licet de sen · ex li vj

¶ Demiqz nota archid · xiiij · dist demiqz

¶ Deplano aliquid dicit fieri quod nud ex sine figura ⁊ strepitu iudiciario facit de cuiꝰ ubi significato habes hodie plene de ubo sign in · cle · Sepe in · ocil vien de quo etiam archi de · elec · c · indepnitatibꝫ li · vj · sup uerbo strepitu et figura Et de accu · c · Sicut olim vbi statuunt psone ydonee simpliciter et de plano absq ulla iuris dcone sollicite inuestigantes ꝛc · Dicitur ergo iudex aliquid facere de plano quando sez non est in cōsistorio ut sez residens in loco quo iudicare consueuit aliq liter instructus sine iuris solemnitate aliquid facit statuit aut determinat ·

¶ Deportare est aliquem ꝑpetuo exilio dampnare sed relegare ad temp ꝰ · vt · ff · de inter · l · relegatoꝝ · §· dra

¶ Depositū sedz hosti · e · ti · est qd custodiendū alicui vel alicuiꝰ fidei datū est vel creditum i quo debet qui recipit maximā diligenciā habere qua in deposito contrahitur re obligacio · msti · qui mo recontrahobli · §· penult · Et dr depositum inter clicos comodatū vero inter vulgares · Rei autez deposite sicut ⁊ cōmodate dominiū retinemus · vt · ff · comodati · l · rei comodate · Et dr sedm hosti · a de ⁊ positum sic q ꝑpositio de augeat · Vel dr a de · i dest deorsum positum · alias seorsū positū sez a deponēte vt ostendat totum fidei eius cōmissum apud quem ponit quo ad custodiā · ⁊ uidet sepata custodia a deponente · Est ergo aliud pono aliud depono · vt ff · e · l · j Quid sit actio depositi directa ⁊ otraria reḡre s̄ actō depositi ·

¶ Depositariꝰ est apud quē res aliqua deponitur custodienda · ita sumit in autē tica · §· sed ⁊ etiā de depsi · Et differt a sequestro quia depositariꝰ ad hoc precise tenet vt depositori rem restituat Tenetur etiam maximā diligenciā adhibere · sed sequester neutri litigancium tenet pcise rem restituere sed in determinate illi qui uicerit

¶ Derelictū dr illud quod caret possessore vel quod in nullius est possessione · vt insti · de re · diuisi · § hoc amplius circa fi ·

¶ Derogare · est dimmuere vel in parte tollere vel detrahere · vt · ff · de ver · sig · l · derogator · Et differt ab abrogatore ibidem reḡre s̄ · abrogare ·

¶ Desidere est discordare ·

¶ Desertores dicunt clici qui ꝑpe ecclesie ministris destitutis ad alia uicio fuge se trāsferūt vel confugerūt · vt · xxj · q · iij · placuit · ⁊ hoc sedm can̄ · Sed sedz leges desertores dicunt milites uicio fuge suā miliciam deserentes · vt · C · e · ti · l · j · ⁊ ij · li · duodecimo ·

¶ Desertum est locus non habitatꝰ pm tus neqz cultꝰ vltra memoriam hominuz ut · c · j · de ver · sig · li · vj ·

¶ Desuetudo ⁊ consuetudo differūt secundū bart · in · l · de quibus · ff · de legibꝰ super verbo desuetudine Nam consuetudo est qn̄ fit contra legem p ipsā consuetudinem · Sed desuetudo qn̄ non utimur aliqua lege in iure posita · De hoc nota i ꝑ hennio institutōm in fi · ⁊ in glo l · palle ·

¶ Detestari est absenti denunciare testibus adhibitis · vt · l · subsignatū · §· j · ⁊ · l · sequenti · ff · de ver · signi · Aliter aūt detestare est facta alicuiꝰ abrenūciare spernere vel abhominari seu non approbare vel est execrare vel describi res aliquas ⁊ eas que quales ⁊ quante sūt scripto cōprehendi · vt · ff · l · palle ·

¶ Detestacio · est cum testibus facta denunciacio ·

¶ Deierare est fidē iurare · c · in lris de testi · ⁊ · c · lras de presūp ·

¶ Deuns est una pars assis que ex · xj · unciis perficitur · insti · de heredi · insti · c · hereditas ·

¶ Dextans est pars assis que ex · x · unciis pficit nec respicit totum vt in · §· pal require s̄ · as ·

¶ Deus dedit est ꝑprium nomē · c · tanta de symonia siliter deodatꝰ · e · ti · c · iij · Et sic nomē ꝑpium diuersimode compōitur

Dñq̄ ex no nie ⁊ ꝓticipio·q̄ñq̄ ex nomie ⁊ verbo·Dñq̄ ex ꝓnoie verbo ⁊ noie ·vt quoviultdeus·vt·c.j·de iudi. Nec valet argumētum ab ethymoloya noīs ꝓpriꝫ qz ad placitum impomt̄. Sed noīs appellatiui q̄ñq̄ sic sez negatiue ·vt·l·si quis in fundi vocabulo·ff·dele·j· patet in noīb mutuum testamētū·

Dictatozes olim dicti fuerūt qui summum magistratū gerebant ·quoz erat in maioribz causis sentēcias ferre siue dictare·vt·ff·de ori·iuris·l·ij·Et ꝓpō dicuntur auctozes quoz creati fuerūt tres a romanis post cesares·

Ditio est idem quod potestas·vt·ff·de ori·iuris·l·ij·§·capta·⁊·ij·q·vj·c·a iudicibus ad fi. inde iurisdēo·⁊ cōponitur ab hoc noie·

Dyacon9 grece dr̄ minister latine·quia sicut in sacerdote consecracio ita in dyaco no ministeriꝫ dispēsacio habetur·Et ypo dyacones grece dicunt̄ subdyacoī latine quia subiacent ꝑceptis leuitarum·Et apud hebreos nathinei vocāt̄ vt habes·xxj. di. cleros·

Dyascoli vel dyascoles dicuntur iasiꝫ idest dictatozes vel distinctozes legis ꝫ est publice racionis·Et secundum hoc accipitur m glo·de ta·te·stri vel pic·C·li·xij·

Dieta in vna sigmficatōne est cenaculum quo die magis q̄ nocte solent hoīes residere·vt·ff·de dona·l·lucius·Vel do muncula constructa in ortis ꝑ colligēdis fructibz seu oblectatōms gracia·Ita capitur in·l·senat9·§·marcellus·ff·dele·j· In alia vero sigmficatōne dr̄ spaciū vm9 diei·vel lapsus·Tercio est vm9 diei opacio·Quarto est vm9 diei certa ⁊ determinata omestio·Continet autē dieta legal' xx·miliaria ytalica Dieta vulgaris dicit̄ illa que habetur secundum consuetudinem regioms·

Dietarij dicunt̄ qui in cenaclo alieno se dirigunt animo furandi a dieta sedum ꝓpriam sigficatōnem sic dicti·⁊ sic exponitur in·l·saeculari9 in pn̄·ff·de edi·edic·

Dyademа ꝓprie est corona impialis· Et est solum de auro ⁊ lapidibz preciosis a dya·idest duo ⁊ demo quia ex sui rotunditate pncipiū demit ⁊ finem·sedm jo·an in cle·romani·de iur̄iur̄·

Dyabolus idest qd demon·a dya qd est duo ⁊ bolus morsus quasi mordēs corpus ⁊ animam·Et creat9 est bon9 sed ex libero arbitrio fact9 est malus ymo adhuc habet liberꝫ arbitriū·sed illud est tm̄ ad malum alioquin non demereret̄ ⁊ cottidie peyor efficeret̄·Similit̄ angel9 habet liberꝫ arbitriū quo cottidie meret̄ ⁊ melior fit·hoc ergo ad bonū tm̄·Homo vero habet liberꝫ arbitriū eque ad bonum ⁊ ad malum sedm glo·xxiij·di·in nomine dn̄i·vbi tex·dicit q̄ in consecratōne epi querendū est post multa si credat q̄ dyabolus non per ordmatōnem ·sed per arbitrium fact9 est malus quia ꝫ q̄libz credere tenetur·

Diffimitiua sētecia·reg̃re·j·sētēcia·

Difficile dr̄ q̄ñq̄ quod nullo modo fit ñ·q·vj·biduum·v·sed aduersus ⁊ glo· fi·de testi·c·pn̄ciū expomt de facili nō id est nullo modo·

Digestum sedz azo·in fū·de we·iu. enucli·dicitur legalis liber qui alio noie vocatur pandecta seu liber pandectarꝫ ex eo quia omnes disputatōes ⁊ decisiones legittimas in se habet ⁊ q̄ vndiq̄ collectionem in summis recipit in centū q̄nq̄ginta pene milia versuum totum op9 pficiens· ⁊ in·q̄nq̄gita ·libros peciales digessit impator·Collect9 autē fuit iste liber ex veteri iure quod ab vrbe romana conditum ⁊ a romoli tēpibz vsq̄z ad tēpa iustiniani fere ꝑ mille ⁊·cccc·annos confuse statutum obtinuit·Et extēdebat̄ in duo milia pene librorum·⁊ trecies centena milia versuum·§·vel responsorum ·vt patet d we iu·enucli·l·ij·§·cum omnia ·Quare autez pandecta diuisa fuit in tres libros vl' volumina quoꝝ ꝓmū vocat̄·ff·vet9 ·sedm infortiatum·tercū·ff·nouū· Rō quia a

duob⁹ impatorib⁹ nunccupatis ℔ nomie fridericus · postea maturiꝰ rummatū est · ergo scribit᷑ p duplex ff scd̄m quosdam · Dicitur autē pandecta a pan · i dest totū ⁊ decta doctrina · quia ibi est tota doctrina omniū uiris consultoꝝ vt in · § · palleum omnia · Et in ꝓhemio institutōnem · sed uocat᷑ · ff · ideo quia omnia deciendа ibi digerūt᷑ ⁊ soluunt᷑ scd̄m azo · accursiuū · in pn̄ · insti · Et nota jo · an · in ꝓhemio cle · ꝙ · ff · capit᷑ alibi pro decoctum · xxxv · q · ix · aplice de conse · di · v · ne tles ⁊ · c · preces · Quidam dicunt q̄ iste liber olim p duplex · dd · scribebat᷑ vel p d ⁊ g sed postea p uicium scriptoris corruptus sit · Sed ꝓma ratio apparet melior scz q̄ · ff · scribat᷑ contra morem omniū legalium librorꝝ p duplex · ff · ꝙ⁹ ille due lr̄e nec in prin · nec in fine huiꝰ nois · ff · ponant᷑ Ideo quia ille liber fuit digestus scd̄a lo per duos fridericos impatores a quorum cuiuslibet nomie sumpta est ꝓma lr̄a · f · ⁊ sic erunt duo ff licet illa ratio alijs nō placeat quia neuter illorꝝ impatorū aliquid fecit exceptis paucis constitutōnib⁹ positis in usibus feudorꝝ · Dicunt ergo esse uicium scriptorꝝ · Et vnꝰ illorꝝ librorum noiatꝰ est infortiatū · quia cum rome essꝫ studiū amissū ⁊ bonomie moleret ⁊ eiꝰ recupatōne facta rauenne cum esset amissū uis est redditū forte cum multa assime q̄ deerāt ⁊ sic fumit᷑ in pro valde · Alij dicunt q̄ fortes leges in eo sunt sed certe ⁊ in veteri alij ab inuentore seu auctore sic noiatum dicunt · vel dr̄ q̄ nomia magistralia sunt quare non est de eis disputandū · quia relinq̄t᷑ ptinacib⁹ scd̄m tullū Et qr plura sūt negocia ꝙ⁹ uocabla · ff · d · pscp ubis · l · natura em̄ Alij ab infortiato incaldeo uocabulo quod est dispositio quia ultime dispositōes in eo sunt · vnde · Sum liber fortis disponēs spolia mōtis Et clausis portis me discat lector in ortis · Nec in glo · j · huiꝰ libri · Et dr̄ q̄ vnꝰ fridericꝰ de predictis qui fecit auten · omnes pegrini · C · coia de suc · Autētica habita nē natus fuit in ciuitat᷑ panormitana ex antiquissima muliere ne crederetur partus esse suppositum publice in medio palacij peperit ·

¶ Dignitas quid sit scd̄m archi · patet de consue · c · j · li · vj · in glo · ⁊ hoc erat contra que est notabilis · Dignitas q̄nq̄ idē est quod potestas vel condicio vel prerogatiua secularis · vt · xxiij · q · v · admistratores · ⁊ · C · de dign · li · xj · Et sic iudex dicitur habere dignitatē · vt · ff · de albo scriben · l · vlt · De hoc etiam notat᷑ · iiij · q iij · in prin · Item dignitas est quedam p eminencia ecclesie vel in ecclesia · c · ꝙ⁹ de ver · sig · unde nota jo · an · iiij · di · demq̄ et vin ⁊ bern · de cle · non re · c · iij ⁊ de preben de multa Et quot modis sumat᷑ dignitas notat᷑ etiā de rescriptis · Sedes aplica in glo · sup verbo maiores que incipit · sed quas psonas · Dnq̄ autē sumitur stricti⁹ p eminencia p̄rogatiue psone ecclesiastice que p̄rogatiua etiam dicit᷑ pso nat⁹ qui cognoscit᷑ qn̄ aliquis habz prerogatiuā in choro vel capitulo in opciombꝰ impcessoib⁹ iuocib⁹ dandis ⁊ similib⁹ plus ꝙ⁹ alij canonici sui ordmis · vt in dco c · j de c ōsue · palle · cum silibz · Et illa cognoscit᷑ hijs modis · Primo qn̄ quis habz admistratōnem rex ecclesie cum iurisdictione · Secundo qn̄ habet nomen dignitatis ⁊ platōnem seu p̄rogatiuā tam in choro ꝙ⁹ in capitulo · Tercio qn̄ ex consuetudine ecclesie habet᷑ aliq̄s in dignitate · unde archi · vbi supra ·

¶ Dilacio est tēporis in causa progacio · Et dilatōnum scd̄m hosti · in sum · ti · de dila · §. j Alie sunt citatorie que dant᷑ vocato ad causā adueniendū ad iudicem ante lit · conte · infra quas citat⁹ se ꝓparuit vt veniat in termino ⁊ nichilomin⁹ post terminum · vt de offi · dele · consuluit de quibus ff · de iudi · l · ad peptoris cum sequen · ysq̄ ad legē de qua re · Et alie sunt restitutorie que dant᷑ hijs qui spoliati fuerūt seu sunt · vel que dant᷑ ad appellandū que sūt · x · diez · vel ad restitutōnem in integꝝ

petendam que olim infra annum vtilem · hodie quap rienniū continuū dant vt · C 8 · in · ite · restitu · l · fi · Alie sunt deliberat orie q dant reis ad deliberandū de qbus C · de · lit · con · in autentica offerat hodie canonisata · iij · q iij · §· Offerat Alie sūt pē ptorie que dant uolenti pbare de quib⁹ in · l · i · C · de · dila. Alie sūt exautorie que dant condempnato ap hoc qđ satisfaciat de hijs · l · ij · C · de · usu · Alie sūt reuocato rie q dant habētib⁹ ius reuocādi domum de qbus habet · l · ij · §· legatis · ff · de · iudi Alie sūt uocatorie siue feriales vt de fe rijs · ff · e · ti · ꝛ · xv · q · iiij · p totū Alie p= secutorie que dant ad appellatōnem p= sequendam de qb⁹ in autē · ei qui appellat C · de · tēp · app · Alie sūt saluato rievt peni tēciales alie pceptorie de quibus de · app pteria alie electorie vt de cōsuli qui ex pub lico · ff · de adop · l · mācipio ꝛ de · elec · ne p đfectu alie exptorie vt de · frig · ꝛ male laudabilez alie exemptorie vtqui mat ac eusare possunt · c · fi · et · C · đ inge · ma · l · diffamari alie refutatorie vt de · app · pso= nas ꝛ · c · ij · Require et · c · Sepe de · eleci · dudū de renūc uenens alie exceptorie sez ad pponendas exceptiones concessas a iure de · excep · pastoralis hos mos ꝛ spe= cies laci? psequit hosti ibid ꝛ in spe · e · ti · ꝛ plēs addit specu vide ibidem ꝛ glo sume · iij · q · ij · declarat notabiliter quinq species inducia ꝛ vel dilatōnum · Specu aut enumerat · xx · in ti · de dila · §· j · Et ho sti · in sum · e · ti · §· j · Nam restitutorie idu cie dabant olim spoliatis vel eiectis ꝛ tā dem restitutis infra quas a iudicio ꝛ stre pitu quiescebant ꝛ erant nō minores sex mensium nec maiores anno · iij · q · ij · eiec ctis Vel veri? erant arbitrarie · c · si eps e · q · ꝛ deliberatorie dant ante lit · conte · Cum em citat? venit ad iudicem porrigi tur ei libeli? quo oblato dant a iudice inducie · xx · diez ꝛ in quib⁹ deliberat reus vt cedat vel contēdat siue iudicē recusat Et talis excepcio dilatoria est · Ideo an lit · conte · pponenda de re iudi · cum inter monasteriū · Et exceptio recusatoia iudi cis debet ꝑma esse inter dilatorias qua ob missa si alie pponant ad ipsā rediri non pōt misi ex noua causa · Dant etiā ante lit conte que paternales adiectiones inducī arum · vt · v · q · ij · pnti pparatorie vero dā tur per lit · conte · pbare volentib⁹ infra quas ppararent suas pbatōnes quar spa cium moderādū est vt dicit lex · iij · q · iij spaciū · Et dant tam actori q reo ꝛ tm semicis · vt in · §· spaciū palle · misi casus emi gat inopinat? · Judicatorie aut dantur condēpnatis ꝛ sunt quatuor mensiū de re iudi · q ad consultacionē · Nec habent lo cum in causis criminalib⁹ in quib⁹ executō non defert misi in quatuor casibus · vt no tat goff · de iudi · §· ptibus · Et nota q in ciuilib⁹ causis pro qualibet causa necessa ria datur vnica dilacio Jn criminalib⁹ vero tres sunt reo ꝛ due actori · hec ex goff · in summa · e · ti ·

¶ Dilacio potest etiam sic describi sedum baldum · Est temp? quod habet certū pn cipiū ꝛ certum finē · Vel sic est tēp? datū a lege vel a iudice ptib⁹ ad veniendū · Et talis est duplex · scz prima que datur ab hoie vel iudice · Secda que dat a iure vel a lege · vt patet in rubrica de ferijs ·

¶ Dilapidare est res vel bona pdigalit ꝛ indifferēter erogare sedm qđ notat arc bidi · de rescrip · statutum · li · vj · ꝛ de elec quia sepe · e · li · ꝛ sic sumit in · l · si pro ea C · mandati · ꝛ · ff · de mino · l · verum cir= ca finem ·

¶ Dilitere est latere inde dilitescere inc hoatiuū ꝛ vtunt multū oratores dicen= tes vnde tibi scribendi capescant exordia mea · sane ratōnes dilitescit · Et habet in · l · dies festos · C · de ferijs · vbi dr taceat apitio aduocacio dilitescat · ꝛ venit a verbo dilitere a dis ꝛ latere ·

¶ Dimmucio capitis · require supra · ca pitis dimmucio

¶ Dyocesis sedm archi · de rescrip · statu cum li · vj · distinctio vel diuisio siue gub nacio quia diuisa ꝛ diuersa ē ab ecclesia

alteri9 ep̄atus ⁊ commissa gubernatōnuz vnius vt patet · vj · q · j · ep̄um · ⁊ · xvj · q · iij · quicūqz · ⁊ · c · licet · ⁊ · c · inter · ⁊ ibidē nota ⁊ de temp · ordi · c · cos · li · vj · Aliqñ sumit̄ pro regione vel ꝓuincia · Et sic forte capitur in · l · presides C · de offi · recto ꝓuincie · Aliqñ prouincia Etiam interdū pro parrochia · unde de hoc archi · ibidez ⁊ · vj · q · i · ep̄um · Et dr̄ a dya · idest duo ⁊ cesio idest sepacio quia sepat duas iuris dc̄ones Et nota q̄ appellatōne dyocesis non comp̄hēdit̄ ciuitas quia dignio9 sub minori comp̄hendi non debet Ioz ciuitas dignior est dioceſi · Sed appellatōne ciuitatis bene dyoceſis cōprehēdit̄ vt notat̄ in · c · rudolphus · de reſcrip · Et q̄ nomen ordinari9 plura cōprehēdat q̄ nomē dyoceſanus · unde glo · iij · cle · j · ō ui · ⁊ hoc ch̄. Et meli9 glo · in verbo dyoceſanis in cle · j · de iurepatronat9 ·

¶ Dyponduus est genus pōderis leuissimi · ex duobz assibus cōpositi · vt dicit beda · sup illud luce · xij · nonne qñqz passeres veniūt dypōdio · vel est as duplicat9 uidelicz xxiiij · uncie · Et nota iusti · de here · insti · §. si plures uncie · Et quod in numeris est vnum hoc in ponderibz est as · quod duo habet dypōdia Et dr̄ a dya qđ est duo ⁊ pond9 q̄si duplex pond9 leuissimi pōderis ·

¶ Discussor require · j · inspector ·

¶ Diser t9 vel diſertor est idem quod facūnd9 · Et inde dr̄ diſertacio ⁊ est ciuilis sapiēcia · vt · C · de · ord · cogni · l · qualis · inde venit suplatiu9 diſertissim9 · vt · C · de aduoca · qui diſerit iudicium vel petitionem in iudicio ·

¶ Diſiungere vel diſtinguēre · est cōferre data vel accepta vt in · l · cognoſcere · §. j · ff · de ver · sig ·

¶ Diſpendiū dr̄ dampnū vel detrimētū Aliter dr̄ longū ⁊ inutile compendiū vero breue ⁊ vtile de accu · qualiter ⁊ qñ ad fi · ⁊ · c · diſpendia de reſcrip · li · vj · in glo · ij · ⁊ cle · diſpēdiosam · ⁊ de iud · facit regula q̄ ob grām · ⁊c̄ de re · iuris · li · vj · inde diſpendiosus · idest dampnosus cle · palle · de iude · vbi concor · in glo · Quādoqz diſpendiū dr̄ idem quod tediosū absqz tñ vtilitate vt in uuribz pallega · diſpendia ⁊ qualiter ·

¶ Diſpensare est idem quod diſponere vnde diſpensatores dicunt̄ eo q̄ dominum alicui9 vel res diſponūt ⁊ ita accipit̄ in · l · diſpensatores · ff · de ſolu · Et dr̄ diſpensare quasi diuersa pensare uidelicet rigorem iuris relaxare p eum qui hoc facere non potest · Et si aliter fit nō est diſpēsare sed diſſipare ·

¶ Diſpensacio est iuris omnimis prouida relaxacio utilitate seu neceſſitate pensata sedm gwil · in spe · ti · de diſpen · Vel sic ē rigoris iuris p eum ad quem spectat canonice facta relaxacio · j · q · vij · niſi rigor ⁊ · c · sequēte · Quāqz tñ diſpensacio sumit̄ ipropꝛe sez pro iuris declaratōne vt in · c · quinta vallis de uīr uīr · put hoc ponit̄ in spe · ti · de legatōnibz rubrica de diſpensatōnibz · §. j · Itē sedm jo · an · quem sequit̄ antho9 de bu · Diſpensacio est quedā comunis mēsuracio ad singula · Et est de iure · concessa ꝓpter impossibilitatē ꝓui dē di de ommbz ꝑticularibz sicut naugātes quedā ꝓcipiūt vt alia salua sint · j · q · vij · diſpensatōnes · ⁊ traxit originem a deo q̄ ex sola miſericordia ⁊ diſpensatōne vniuersa creauit ⁊ ea subiecit homī · insti · de rediui · §. in pecudū · Et diſpensatō est quadruplex sez semiplena ad minores ordines vt · j · q · j · si quis hęretice Plena ad sacerdociū · j · q · vij · cōuenientibz · Plenior ad epiſcopū di · xij · nos conſuetudinem · Et plenissima ad primatū omnes ordines ⁊ dignitates · xxxiij · q · iiij · ipsa pietas vt nota · jo · an · in glo · c · palle · nos conſuetudines · Item nota q̄ diſpēsās debet habere intuitū boni vniuersi cum omis lex pro bōno publico sit inuenta · iiij · di · Erit aūt lex ⁊ intuitu rōnis ⁊ cauſe · Vnde est si diſpensacio fiat absqz intuitu ratōnis diſſipacio dr̄ vt nota · in · c · quia in tantū de p̄ben · in glo · vlt · etiam non tut9 est q̄ ad

deum cum quo ſine cauſa diſpēſat · vē no
bern · in · c · non eſt de w · ⁊ w · redemp ·
fa · xj · q · iij. is qui preeſt · ⁊ · ⁊ · xxiiij · q · j
manet · Et debent tria mouere diſpenſan=
tem · neceſſitas · vtilitas · ⁊ eiūdēs p̄roga
tiua meritoꝝ · j · q · vij · tali diuigio · ⁊ · c · ex
igunt Item diſpenſacio non conceditᵉ cui
q̄ ſed habenti legē condere ⁊ tollere et
ſic p̄ principem ⁊ papam vel eoꝝ auctorita
te fieri poteſt · Et dr̄ notanᵉ q̄ diſpenſās
debet reſpicere cōmodū vniuerſi quia ali
as uideretᵉ diſpenſacio ipoſſibilis cū ius
omune introductū ſit p̄ bono publico di
iiij · ſup̄ palle · Et q̄ diſpēſacio ius p̄uatuꝝ
dicatᵉ di · iij p̄uilegia · ⁊ ius publicum p̄
ferendū ſit p̄uato · c · bone · j · de poſtula ·
prela Sic em̄ diſpēſacio fit etiam p̄ bono
omūi Item nō dr̄ accepcio p̄cōaꝝque phi
betᵉ · c · nouit de iudi · ⁊ de re · uir̄ · in iu=
diciis · li · vj · Quando circa equales equa
lia ⁊ inequales ſeruantᵉ inequalia cum ho
mis non ſolum metu penaꝝ · verum etiam
p̄miorꝝ exhortatōne afficere debeam⁹ · ff ·
de iuſti · ⁊ iuris · l · j · Ideo bene concedit
vni quod alij denegatᵉ · Item licet conᵗ ius
naturale non admittatᵉ diſpenſacio · xiij ·
di · in pn̄ · Et ius omune fundetᵉ ſup na=
turali ratōne · di · j · conſuetudo · Tamē di
ſpenſans mouetᵉ rōne p̄ticulari conᵗ ius
omune quod non p̄t omnib⁹ p̄ticularib⁹
p̄uidere · ergo diſpenſatᵉ ſedm natural ⁊
equitatē ⁊ ratōnabiliter · Naꝝ qui p̄ alijs
labōrat p̄miatᵉ ⁊ plura ſenciet cōm oda q̄
habuit onera · vt in regla q̄ ſecit onꝰ ⁊c̄ ·
de re · iuris li · vj ·

Disputare eſt allegare vt videlicet in
tentōem ſuam p̄ p̄baciones in iudiciuꝝ de
ductas oſtēdere ⁊ eam uiribꝰ aſſeuerare
et roborare · vt · ix · q · iij · aliorꝝ · ⁊ · xxiij · q
viij · conuemoꝝ · ⁊ de fi · inſtru . inter dilec
tos de re · iu · abbate ſane · li · vj · cū ſilibus
Quot autē huiuſmōi allegatōnes ⁊ diſpu
tationes fieri debeant ſup̄ teſtibus ⁊ alijs
act · patet in · c · cauſis de teſti · ⁊ in · autē ·
e · ti · § · quia cum ſilib⁹ · de hac materia uid
ſpe · ti · de diſpu · § · allegare ·

Distrahere eſt vendē vt · ff · de contrā
hen · emp · ⁊ ven · l · ſi ita diſtrahit ⁊ · l · tē
alienam · ⁊ · l · quociens · e · ti · cum multis
ſimilibus ·

Demonſtracio idem ſignificat quod o
ſtenſio · Nam omne verbū vel factū p̄ qđ
aliquid oſtenditᵉ demonſtracio dr̄ . Ideo
dicit tex · in · l · certū · ff · ſi cer · pet · Certū
eſt quod nomie p̄prio vel alia demonſtra=
cione que uice nomis fungitᵉ oſtenditur
Et ſequitᵉ non refert an p̄pio nomie res
appellet vel digito oſtendatᵉ · Et licet fal
ſa demonſtracio nō ſit demonſtracio tñ ex
ea q̄ñq̄ ſumitᵉ ſignificatū ad inualidandū
actum qui alias ea non expreſſa eſſet va
lidus · verbi gra · teſtatoꝝ dicit lego vxoi
mee veſtem que cauſa eiꝰ parata eſt ꝫ ver
ba que cauſa eiꝰ ſunt demonſtratiua · Sed
pone q̄ nihil eſt paratum cauſa eius tunc
demonſtracio eſt falſa · Et dicit tex · in · l ·
Quintꝰ mutiꝰ · ff · de · an · ⁊ ar · lega · q̄ nul
lum eſt legatū · Secꝰ ſi diceret veſtē
meam purpureā que cauſa eiꝰ facta ē q̄
licet demonſtracio ſit fl̄a tñ apparet ꝺ re
legata p̄ verba p̄cedēcia · vt in · l · quintꝰ
mutiꝰ prealle · Item ſi dicat lego dotem ſi
nihil ſit in dote nullum eſt legatū q̄ ſi de
monſtracio eſt falſa non demonſtrat ⁊ non
apparet de legato niſi p̄ demōſtratōnem ·
l · iij · C · de fal · cau · Secus ſi dicat lego
centum que in dotem accepi Nam tūc va
let legatū licet demonſtracio ſit falſa · tñ
apparet de re legata · Item dicendo ti
tium filiū meum heredem inſtituo in caſu q̄
non eſt filiꝰ mihi non valet inſtitucio licꝫ
conſtet de p̄ſona · tñ voluntas teſtatoris
fuit inſtituere filiū. Et ſic illū titiū nō fi
lium inſtituere non voluit ꝑ non valꝫ vt
in · l · ſi pater C · de here · inſtitu · Similiter
ibi inſtituo titiū fratrē meū ſi ſcio nō eſſe
Fratrem licet vti fratrē fraterna dilectōe
diligam eum non valet inſtitutō · l · nemo
· § · j · ff · de here · inſtitu · Item ibi lego · x · q̄
ſunt in archa ſi ſunt in ea tm̄ q̄ñq̄ valꝫ le
gatum ad illa q̄ñq̄ · l · ſi ſeruꝰ · § · qui quīq̄
ff · dele · j · Et ſi nihil eſt in archa legatum

non valet. Sed ibi lego decem que debeo si mihil debeo adhuc valet legatū. l. si stichū dele. j. quia licet demōstracio sit falsa constat tn̄ de re legata Nā fla demonstracō nū p impedit ligatū vbi constat de re ⁊ voluntate Item ibi lego seyo. x. que ticius mihi debet. si ticius mihi mihil debet non valet legatū. l. si sit supra alle. Racio qz ex hoc legato signficatur cessio actionis legate. Non em̄ volui decem legare seyo sed cedi actionē sibi contra ticiū. modo si mihil debet ticius non pōt actio cedi cum mihil sit in legato. Item digito demōstrā do lego hunc equum ⁊ est bos non equs valet legatum. siliter etiam valeret pmissio talis. vt nota in. l. que extrinsecus. ff de ver. obli. quia p demonstratōem cū digito constat de corpe. misi aliūde appareret q ego credidisse equi m fuisse et bouem non fuisse legatur? Sed ibi lego bouem meum ⁊ non est bos sed equs non valet legatum. l. si quis in fūdo vocabulo ff. dele. j. Qui tn̄ appareret de voluntate vel quia istum equū solebat vocare bouem forte quia ibat lēte vel quia habebat grossū ventrem tunc valeret legatum. vt nota. in dicta. l. si quis in fundi vocabulo Item quidaz habebat duos seruos sez stichum fullonem ⁊ pamphilū pistorē sic legauit. lego vxori stichū seruuz meū pistorem quis istoz debebit an stichus vt sic falsa demonstratō p nomē pistoris non noceat. an pamphilus pistor vt demonstracio p nomē stichus non noceat. Dicit tex q si testator vere sciebat nomē ppium cuiusqz seruī tunc ille serus debet cuius nomen ppzium expzessit. ⁊ dicet in artificō errasse. Qui autē non vere sciebat nomen cuiusqz tunc debebit pistor ⁊ dicet in nomie ppo errasse. vt in. l. qui habebat de rebus. Item ibi seruus omunis est ticij et meus stipulat dnis suis dicit tex q refert an dicat dnis suis simpliciter an dicat ticio ⁊ meuo simpliciter. an apponat vtrīq nōia ppa ⁊ appellatiua. Item si tm̄ ponit nōia appellatiua dicendo dnis meis ut det eis stipulare. vt dnis ideo si sunt do mini p inequalibo porciombo ita eis inequaliter acquirit. Qui ppria nomia tenne licet sint inequaliter domini eis acquirit equaliter sicut vm̄ insolidum nomiatim stipularet. si p vtrūqz sez noia ppria ⁊ appellatiua referr quod nom̄ pcedat an ppium vl appellatiuum. Nam si ppium pcedit eis equaliter acquirit. si appellatiuū pcedit tunc acquirit eis put sunt dni. l. si seruus omunis. ff. de sti. seruoz. Item ibi iudex pcipit seruienti vt citet petz iohannis ipse citat petrum martini sub noie petri iohannis. Dicit q si hic citat? sub nomine petri litigabat coram illo iudice ⁊ in illo litigio iudex fecit eum citari valet citacio qz constat de corpore. ⁊ q de illo tam iudex q pars litigās egit Idem dic si non litigabat coram illo sed omuniter sic vocabatur quia tam iudex q pars litigans se retulit ad illud corp? quia sic omunit vocabat licet in rei veritate alio nomie vocetur idem si non cōmuniter sic uocetur sed est de illo maleficio vel debito de quo querit reputatus obnoxius quia tam iudex q pars aduersa de tali sentit Non obstat de ysaac qui benedixit jacob ⁊ anim? referebat sup esau. Nam anim? sup fere batur sup illo corpe quod erat jacob licet crederetur q esset esau ⁊ ideo tenuit bn̄ dictio in jacob que pcedebat ex animo ⁊ facto ipsi? ysaac bndicentis. Secus in citacōe que fit p ꝑsonā ⁊ nō pcedit misi ex animo iudicis. l. fi. C. de exhi. reorum

Diuertere Est discedere diuorcio idē cōtractu matrimonij Unde dicitur mulier diuertit a uiro suo vt. l. in. ff. de diuor. et. l. si ita filia. ff. e. ti.

Diuinatō accipitur triplicit primo pro scīencia theologie a qua theologi dicuntur diuini Secūdo p scientia infusa a deo Et sic accipitur pubioz. xlij. c. diuinacio in libris regis naminui ditō non errauit os eius ⁊c Tercio p scientia magica vel fallaci pphanatōe vel pphetisatōe quia fatui pphete ⁊ magi fingunt se pūdere vel

pscire futura ita capitur in·l· nemo· C· de male ⁊ mathe ⁊c ⁊ sic dicit diuinacio a diuino as are idest uaticinari vel futra pdicere Venus autē diuinatōnis a plis fertur esse ablatū ⁊ diuini dicti sunt qua si deo plem· Sunt autē duo gña diuinatōnis cuiꝰ quidā quatuor dixert esse genera. Et habentur hec omnia: xxvj·q·iij· c·j· in pin·

¶ Diuorciū sedm goff· ⁊ hosti in sūma e·ti·§·j· est inter virum ⁊ mulierem legitime facta sepacio· Et dr legittime idest quos de iis diuinit hō nō separet sez uolēter ⁊ absq; ratōne· Non em homo sepat quos pena dampnat quos reatꝰ accusat quos maleficiū coartat· xxxij·q·ij· quos deus· ⁊ de consanḡ· ⁊ affim· c· de inst· de libro· Et dr a diuersitate mencīū qua hij qui mrimoniū distrahunt in diuersas pres eunt· vt· ff· e·ti·l·j·⁊·ij·⁊·ff· de ver sig·l· inter stupz·§·diuorciū ⁊·l· inc diuorciū· Hic ergo dictum est a diuorciando quia in veritate diuersesunt mentes diuorciatorum que prius erāt coniuncte vnitorum quare etiam repudiū dici solet ff·e·ti·⁊ C·de repudijs·

¶ Dyuus idest sacer vel diuin?

¶ Dyualem accipere idest eccl̄am ipialez per quam reuelata est quātitas que solita erat dari in ordinatōne pontificis·

¶ Dies est duplex naturalis ⁊ artificialis· Naturalis est que more romano incipit a media nocte ⁊ alteri sequēti media nocte finitur·l·romano more·ff·de feriis Et sigmficat put quinus sigmficādi modus declarat· Nam ibi heredem instituo ex die tali vsq; ad diem talem dies nichil facit· quia tollit dies ⁊ dispositō remanet pura·l·hereditas·ff·de here·inst·similiter ibi· Constituo predio tuo seruitutem a tali die vsq; ad talem diem·ff·de seruit·l·iiij· Ratio quia hoc casu ⁊ pcedenti sic ei uliter disponit· vt nihil sigmficet ipso iure sed in effectu Item ibi pmitto tibi ascendere capitolium prima die qua mortuꝰ ero nihil sigmficat quia subiecta materia sigmficare nō dat· Sed ibi lego tibi fundū post decendiū per hāc diei appositōez impedit trāslacio dominij· vt in l·sepromꝰ·ff·de vsufruc·lega· ⁊ tn ibi pmitto tibi·x·pꝰ decēdiū nō ipedit obli, l·cēteſimꝰ·§·de ver·obli· ⁊ ita dies apposita sigmficat ibi dominiū impediri hic autē non sigmficat obligatōez impediri ꝫ tm̄ executōez· sed q̄ sit rō diuersitatis doctorez se multū inuoluūt· pōt tn dici ista rō qz si impediret obligacō nulla essꝫ pmissio vel legatū· nā ad id tꝰ trahi nō potest· Decius in odēoe q̄ de sui natura retrotrahit sed dies certa nō pōt sic retrotrahi in dnio ⁊ sic dies optime impedit dnij translationem· Item ibi promitto tibi qua die michi placebit valet dispositio· quia dies seu tempus potest poni in veritate obligandi licet non ipse actus· Etiam dies incertus pro condictione habetur· vt in·l·dies incertus·ff· de condic ⁊ demonst·

¶ Dictice sunt columpne ecclesie in quibus ymagines patrum in suo kathalogo ponunt· Vel sūt tabule scribēdi vel pīgendi a dicto dicte·

¶ Doctrans est quedam pars assis· que ex nouem vncijs perficitur· nec dicitur ad totum· vt instituto·de here·inst· ·§·hereditas·

¶ Docibilis proprie dicitur liber· Sed docilis est homo doctrinalis· ponitur tamen vnum pro reliquo· xxiij· dist· Nisi episcopus in principio· Et petrus in Epistola Erunt oīs dociles dc·xxxvj· di·§·ecce·

¶ Doli actio require supra· Actio de dolo·

¶ Dolus malus secundum hosti·e·ti· in summa· ⁊ goffre· Est calliditas fallacia machinacio ad circumueniendum decipiendum seu fallendum alterum adhibita· vt· ff· eodem titulo· lege prima· ·§·primo· Et committitur calliditas talis in tacendo vel dissimlando· vnde salomon· qui dissimilat iniurīa calli dissimꝰ ē

Et potest poni exemplū in vēditore si sciebat seruitutem deberi vel rem alienam vel alij obligatā esse nec certificauit emptorem tenet ei quia dolo malo versat? est. de hoc de rescrip. c. sup lris. xxv. q. ij prescriptum. Sed fallacia omittit in mēciendo et falsū asserēdo contra conscientiā Vnde augu. Mendaciū est fla vocis significatō cum intētōne fallendi. xxij. q. ij. §. ille ergo. Machinacio omittit ex pte verboz. xxij. q. v. queq3 arte verboz. nā machinacio est occulta insidiacio. Dicit autē dolus malus ad dram doli boni Nam dolus bonus est qñ aduersus latronē vel inimicum quis machinat multo forciq3 in hostem publicum. xxij. q. ij. vtilem. et queritur. et xxiij. q. viij. vt pridē. ff. dele ij. l. cum pater. §. tricia ad fi. Et talis dol? fraudē excludit ff. dele. l. ij. palle. Est tn hosti. fides seruanda fidem seruanti. xxiij q. j. noli existimare Vnde veteres dolum bonum vocabant solerciā. vt. ff. e. ti. l. j. §. non fiut. Vnde dicim? iste est bone in dolis quasi bonum dolū int? habens i deest ingenij et solerciam. Vnde et salomon in iudicando meretrices bonum dolū adhibuit i deest ingenij de pūp. c. afferte. Itē dolus bon? fraudem excludit palle. l. cū pater. Item dolus fraus et simlacio sunt nomia reatuū qui nunq3 pmittunt a canone Et qui peccat nō peccat de legis auctoritate. xxiij. q. iiij. qui peccat. Et vtilis simlacio est de bijs que ui met? we causa fiunt. Vnde. Nil refert armis contingat palma dolo we Nam dolus est uirt? quaz quis in hoste requirit. Sed nedum quis alienam pfidiam arguat pp̄am fidem soluat. xxij. q. iiij. innocens. Et quomō ex dolo dat actio doli que dr subsidiaria cū nullum aliud remediū supest. De hoc iude goff. Et nota dram inter ista quinq3 noia dolus. lata culpa. leuis culpa. leuissima culpa et casus fortuit? Nam dolus est iniudiosa vel studiosa. machinacio ad aliquē decipiendū vt supra dēm est de dolo malo Verbi gra Deposuisti penes me libz. et ego dolose ad finem q3 ad ticiū quem scio furem esse et qui vult furari libz tuū in domo mea mtre facia dimitto ostiū aptū vt intret et furet. ego teneor de depposito sb tracto quia omisi dolum Sed lata culpa est non intelligere quod omnes intelligūt vel nescire quod omnes sciūt vel quod maior pars scit. Leuis culpa est desidia vel negligencia Sed leuissima culpa est que aliq3 modo potuit ꝓuideri. Et casus fortuit? est inopinat? quia rei euent? qui a nullo diligenti potuit ꝓcaueri. vt inundacio naufragium ruina incendiū tēpestas incursus latronū. De quibz instit. qui re. contra obli. §. Itē is cui. Et ibi melius q3 aliqua alia lege. et. C. de pignor. acq3. l. q fortuitis. Et qñ dolum adhibet reus intelligenda sunt verba sēdm q3 actor intellig. alias debent intelligi verba in ꝓpo sēsu. de spon. c. ex lris in tex. et glo. Item qui dolum obicit dolum ꝓbabit. l. quociens. ff. de proba. Hoc tn fallit in pastore qui negat suo dolo vel negligencia ouem perisse et in custode carceris ar. ff. de eden. l. si quis §. vlt. Item dolus est fraus et non e conuerso. ff. de pact. l iuris gencium. §. dolo Sed contra. ff. de re. iu. l. fraudem vbi dr q3 fraus non fit sine dolo. Soluco fraus fit dupliciter Vno modo de re cuz consilio et sic nuuq3 fit sine dolo. Alio mō de re sine consilio. vt qñ quis decepit aliquem re ipsa ignorāter et sic fit sine dolo.

¶ Dignitas iude supra. et significat latius et strictius sēdum vsum ecclesiaz. naz quod in vna ecclesia continet sub nomine dignitatis in alia cōtinet noīe officij et econtra put cuiusuis ecclesie vsus habet. Repit etiam latissima significatō pro quanis excellencia. verbigra Relinquit princi. princeps morit ante diem legati cedentē debetur successori. Racō quia videtur legatum esse dignitati significato sūpto ex hoc q3 relictum est sub noīe dignitatis. Dignitas autē non morit. xij. q. ij liberti. sed ibi relinquit auguste ipsa em moritur ante diem legati cedātē legatum

perit · l · cum principi eum · l · sequē · ff · de
ñ · Ratio quia cum dignitatē non ex se sed
ex augusto habebat · non uidet ei reliqui
sub ꝑpo noie dignitatis sed sub noie ꝑpo
Et pinde est ac si noie ꝓprio relictū esset
ei · Ideo non debet auguste succedenti ni
si quocūqꝫ alio medio ꝓbabili concludere
ret voluntas testatoris · Ex hijs · bar · de
cidit talem q̄stionē · Si relinquit epo eo
mortuo ante diem debet successori cū vi-
carius non habeat dignitatē ex se sed ab
epo · Et breuiter voluntas disponētis de
bet inspici · Item ibi concedo dño johām
uidet concessū psone significato sumpto
a noie ꝓprio · Si vero ponit nomē appella
tiuum tm uideret relictū dignitati · Si
vero ponit vtrūqꝫ ꝑpm ⁊ appellatiuum
dignitatis tunc distinguit si ꝑprium pre
cedit uidet concedere psone · Si appel
latiuū dignitatis vel ecclesie ꝑcedit tūc
dignitati concessū uidet · ℔ p bart · in · l
ciuibꝰ · ff · de re · dubijs

¶ Directum verbum est quod significat
vt ille cui relinquit vel in quem disponit
sua manu recipiat · Sed obliquū verbuz
quod significat vt de manu alteri⁹ accipi-
at · Et omune verbū est quod vtrāqꝫ sig
nificatōem habet · verbi gra · directū ver-
buz vt instituo quia signficat q̄ instituꝰ
sua ⁊ non alteri⁹ manu accipiat · ff · de he
re · insti · p totū ti · idē in verbo heres esto
e · ti · ⁊ in verbo acceresceat · vt in ti · C · qñ ñ
pe · per · pet · acci · Idem in verbis accipi-
at lego capiat quia sunt directe signficā
cia obliquū verbū vt restitutus · l · restitu
ta · p totū ti · ff · ad trebel · Item ibi volo
q̄ talem heredem recipias quia tunc per
fidei cōmissū pars hereditatis est illi re
stituenda · l · pater filiū · § fi · dele · iij · Idē
ibi roganti ticiū heredē facias · l ex facto
in pin · ff · ad trebel · Nam p hoc uidet
velle ⁊ intelligere q̄ hereditatē suam sibi
restituat ⁊ sic non directo heredem illum
faciat · Idem in verbo detur · l · fundi tre
batōni · ff · de vsufruc · le · Et breuiter om
ne verbum significās q̄ quis de manu alte

rius accipiat est obliquū de omni verbo
vt substituo · Nam si pagan⁹ substituit
filio impuberi q̄cunqꝫ decesserit p verbū
substituo hec ſbstitucio est fidei cōmissaria
vt nota · in · l · centurio · ff · de vulga · sub-
sti · Si autē substituit filio si heres nō erit
substituꝰ admittit ex directo suo iure ·
Est ergo omune quia habet vtrūqꝫ signi
ficatōnem ⁊ rōnem quare non est directū
sicut illud verbū instituo dat bart q̄ mag
gnale est · nam in loco alteri⁹ qualitercun-
posit⁹ dr substituꝰ etiam in singularibz le
gatis · Dec⁹ de verbo instituo · Idem in
hijs verbis puenias ptineat habeas retine
at remaneat reuertat deuoluat puertat
succedat · Et breuiter quodcunqꝫ verbū
signficat sic vtroqꝫ modo q̄ quis sua ma
nu habeat vel ab alio dr onē · vt nota bar
in · l · centurio pal ·

¶ Dispositum in vno vtrūqꝫ significet
tm illa vel etiā disposita in alia · Distingue
aut factū est de negando in vno ⁊ queris
an significet concessionem in alio ⁊ econtra
factum est de concedēdo in vno ⁊ queris
an significet denegatōnē in alio Secūdo
si dispositum in vno habet casū signifi-
catum a contrario sēsu an significet dispo-
sitōnem contriā in illo casu · Tercio si ē di
spositum in fauorem an significet dispo-
situm in odiū vel econtra · Quarto an dispo
situm in vno simpliciter significet extensi
onem in alio · Pro quo notādum licet re
gula sit q̄ dispositum sit in vno significet
tantū in illo · quia illud continet quod si
gnificat · Nūqꝫ tm significatum extendit
put ex quonus modo significandi ꝓbabi
